Humectantia.

HVmectantia petantur ex propria tabella, de epiceracistis, emplasticis, & detergentibus dicetur inter materias remedij præseruatorij.

Reficientia.

REficientia magnitudinem imminutam, numerumque deficientem, sunt alimenta probi succi, a quorũ transmutatione pendet regeneratio deficientis substantiæ. Hæc autem non pertinent ad medicamentum classem.

Extenuantia pinguedinem.

Extenuantia nimiam pinguedinem præter tenuem, & attenuantem victum sunt omnia medicamenta calida, & sicca in gradu tertio, partiumque tenuium, de quibus inter attenuantia humores crassos fusè agetur, sed præcipua sunt.

Aromata omnia.
Amisum.
Ammi.
Acetum scillit.
Aqua ex aromat. destill.

Carui ſem.
Capparis cortex
Diuretica omnia calida.
Fraxini ſemen.
Sem. baccarum ſambuci.
Sudorifera omnia.
Sal viperinus.
Trochiſci ſcyll.
Oxymel ſcyl.
Mithridatica confectio.
Theriaca vetus.
Confectio anacardina.

Abſumentia.

Quæ carneas excreſcentias, vel etiam ſubſtantiam ſani corporis abſumunt, vel putrefaciunt, vel adurunt. Putrefacientium duplex eſt genus, quædam ſunt debilia, quæ media puris generatione excreſcentiam tollunt, ſuntque ſuppurantia calida, & humida, quorum ope flaccidum aliquando carnem remouemus, & impus vertimus, de quibus infra. Quædam partem tabefaciunt tum alimenti partis, tum calidi innati conſumptione, quæ calida ſunt princip. quarti grad partium tenuium, & ſine adſtrictione, vndè partem facilè penetrant, nec cruſtam efficiunt.

Græci Septica vocant. At quæ aduren do abſumunt ſunt quarto gradu calida par-